



garrulitas, atis. subs. f. **FORMA** pl. GLOSS 4.595.44., EUSTATH Basil 8.2. **ETYM** garrulus; sed ISID Orig 1.29.4. a garrulitate garrulus.; [¬]GARR-. **DLAT** a similitudine uerborum perperam inuenitur rana ISID Orig 12.6.58. Ranae a garrulitate uocatae, eo quod circa genitales strepunt paludes, et sonos uocis inportunis clamoribus reddunt. et graculus ISID Orig 12.7.45. Graculus a garrulitate nuncupatus ... ex uoce. [**FREQ** humilis **30**^{indicia} **2**^{/d.c.m.} **2-8** Ov] uocabulum scriptis litterariis omne genus praeter lyricos dramaticosque aptum, et prosa et uersu; omnibus usibus; et technicis ad historiam naturalem apparet sine usus propriis; usque ad saec. I ec. deest, in cuius fine euanescit ut in fine Antiquitatis reuiuiscat.

VARIATIO		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
OPERUM	argumentans	16	2,2
	exponens	4	1,3
	narratiua	7	1,3
	satirica	3	16
DIACHRONICA	I-II ec.	15	3,8
	III-V ec.	15	1,6
DIAPHASICA			
	docta	1	0,48
	media	26	1,9
	quotidiana	3	5,2
DIASTRATICA	litteraria	26	1,9
	technica	4	1,4
MODUS			
	prosa	24	1,7
	uersu	6	3,1

¶ **a** cantus auium abundans • gorjeo o canto de las aves, siempre que fuera abundante [HYPER uox auis] **2-8** Ov Met 5.678. in alitibus facundia prisca remansit raucaeque garrulitas studiumque inmane loquendi. **79** PLIN Nat 10.30. cornix est inauspicatae garrulitatis.

ad puellae sermonem pertinuit, ei similis qui auis est • se aplicó a la charla de una niña, parecida a la de un pajarillo INSCR HD 6203 Iuliae Concordiae in Regione x. Infans bima iacet ... imprudens corpusque decens dulcissima uerba condet hic tumulus cetera sancta Deus. nouit praecipuo uernans fringylla canore garrulitas placuit(?) sub meliore polo.

b ad sermonem odiosum quia abundans esset pertinuit; quod in pessimum tractum est, aliis lexicae familiae GARR- uocabulis garrulitatis fastidium exhibentibus, immo malos mores qui ei coniuncti erant • los usos más frecuentes fueron los referidos a la manera de hablar excesiva y cargante, la verborrea, palabrería, parloteo, cháchara o charlatanería; habitualmente aparece cargada de negatividad, pues, como en otras palabras de la familia léxica, transmitió el peligro del exceso en el hablar y las malas costumbres que le iban aparejadas [HYPER elocutio SIM garritus^b DOM odiosus] **20** MANIL 4.574. garrulitas odiosa datur linguaeque uenenum. **80-85** MART Epigr 7.18.8. Offendor cunni garrulitate tui. **353-431** PAUL NOL Carm 1.2. odiosa garrulitas. GLOSS 2.218.57. garrulitas ἀδολεσχία. 2.472.27. φλυαρία. 4.240.49. uerbositas. 4.595.44. laetitia. 4.81.20. garrulitates uerbositates.

adeo ut, id quod diceretur, quasi incomprehensibile interdum referretur • hasta el punto de embrollar tanto el mensaje que se volvía incomprendible **79** PLIN Nat 29.5. Horum placita Chrysippus ingenti garrulitate mutauit. 26.11. usu efficacissimo rerum omnium magistro ... ad uerba garrulitatemque descendente. **80-85** MART Epigr 5.52.8. quamuís ingentia, Postume, dona auctoris pereunt garrulitate sui.

aut ad uacuum sermonem retulit qui inertes horas consumeret, rerum ueritati alienus cum id quod placet tantum dicitur • o se refirió a una manera de hablar vacía, conveniente solo para pasar el rato y al margen de la realidad, pues en tales ocasiones se dice lo que viene en gana **96-113** PLIN Epist 9.10.2. garrulitate qua sermones in uehiculo seruntur. **121** SUET Aug 83.1. pueros facie et garrulitate amabilis undique conquirebat. **370-420** HIER Epist 3.50.5. garrulitatem nostram corrigere. Tunc intelliget aliam uim fori esse, aliam triclinii. INSCR CARM Epigr 126.9. Garrulitas uana.

acerbitatis interdum plenus • a veces cargado de agresividad **370-420** HIER Epist 69.9.2. arrogantia rusticorum qui garrulitatem auctoritatem putant ... parati semper ad lites in subiectum sibi gregem tumidis sermonibus tonant. **393** HIER Adu Iou 250a. assiduís ... iurgiis et quotidiana garrulitate.

at interdum in melius ibat • no obstante, no siempre tuvo carácter negativo **41** SEN Hel 18.5. puerorum illa neminem satiatura garrulitas.

PATR quae uitia feminis specialiter ascribebantur • estos defectos eran vistos especialmente en la mujer [DOM muliebris, tacere, uxor] **35-38** SEN Contr 2.5.2. utique de uxoris garrulitate queri non potes, cum scias, quemadmodum taceat. 2.5.12. nec tam magnum consilium ... commisi muliebri garrulitati, quae id solum potest tacere, quod nescit. **393** HIER Adu Iou 250a. mulier maledica assiduís ... iurgiis et quotidiana garrulitate facit perfluere domum mariti.

PARADIGMA loquacitati et uerbositati coniunctum fuit • estuvo relacionado con loquacitas y uerbositas **419** AUG Quaest hept 69. garrulitatem, quasi uerbositatem.

at facundia in melius extollebatur quam uana garrulitas • en tanto facundia expresaba una capacidad más elevada y plena que la inútil charlatanería **400-430** SEDUL Op pasch 2.16. nitor eruditae facundiae gloria uanae garrulitatis non extolleret.

c1 CHRIS Christiani humilitati contraria erat • era contraria a la contención y la humildad propias de la persona religiosa **370-420** HIER Epist 4.105.2. reperisse, qui garrulitati meae silentium modumque imponeret.

c2 at ad daemonicolas philosophos etiam pertinuit, qui contra Christianos superbe dicebant • pero se aplicó a la verborrea anticristiana, producto de la soberbia de los filósofos paganos **400-430** AUG Epist 6.36.1. cachinnent Pagani, et iam uermem Christum, et hanc interpretationem prophetici sacramenti superbiore garrulitate derideant. **400** EUSTATH Basil 8.2. Fuge garrulitates anxias philosophorum, qui asserere non erubescunt suas canumque animas similem tenere speciem.

specialiter ad mythologicas narrationes, quae apud illos falsa dicebantur • y especialmente a los llamados errores de sus narraciones mitológicas [DOM fabulosus, fabula] **412-427** AUG Ciu 4.10.6. fabularum est ista garrulitas. Ecce fabulis non credatur et de diis meliora sentiantur. 6.7.5. Euhemerus omnes tales deos non fabulosa garrulitate, sed historica diligentia homines fuisse mortalesque conscripsit.